

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9548

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Adam, Foucarmont, Notre-Dame (abbé)

Bénéficiaire(s) : Foucarmont, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : [1148-1164]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale des biens de l'abbaye de Foucarmont par Hugues, archevêque de Rouen.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Bibl. mun., ms. 1224 (Y13), Cartulaire de Foucarmont, fol. 18v-20. Copie du XIIIe siècle

Éditions principales

a. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 38.

Dissertation critique

Date : 1148-1164, probablement après 1154.

Texte d'après a

Hugo, Dei gratia, Rothomagensis archiepiscopus karissimis in Christo, Adam, abbati, et conventui Sancte Marie Sanctique Johannis de Theodori fonte in perpetuum. Cum universis sancte matris ecclesie filiis debita caritate benigni existere debeamus, eis precipue prompti exauditores habemus apparere quos maior, ut creditur, gratia commendat et fervor religionis copiosius exornat. Ecclesiam tibi Beate Marie Sanctique Johannis in qua, Deo auctore, congregati estis cum his que sibi iuste pertinent vobis concedimus. Totum scilicet proprium feodum Radulfi Rastel et Guidonis de Avesnis assensu uxorum suarum ipsis quoque concedentibus et fidem suam ad hoc confirmandum tribuentibus ; de Campenesia villa doarium etiam uxoris Engerranni de Scotegniis ad compartum solum ; terram etiam vavassorum ad firmam vel ad compartum in presencia sua suscipiendam, omni alia consuetudine et exactione sopita. Cum vero doarium ad ipsos redierit, quod in campo de Beromont cultum de marla a monachis non fuerit, ipsorum erit ; quicquid vero a monachis excultum fuerit, monachis ad solum compartum remanebit. Quod si vavassores quinque a servitio prenominitis debito in aliquo minus fecerint, a predictae ecclesie fratribus ipsi nichil per exactionem extorquere poterunt, preter firmam vel compartum a monachis vavassoribus debitum. Terras etiam ville cultas et a cultoribus suis desertas nichilominus ad compartum solum concesserunt, quoadusque cultores eorum redeant vel pro eis alii succedant. Preterea decem acras terre Eustachii Harenc grangie vestre viciniore quas Guido de Avesnis et Berhesia uxor ipsius vobis commutaverunt pro aliis, decem in feodo vavassorum ad voluntatem et electionem suam. Amplius duas acras quietas quas vobis uterque

cum uxoribus suis concesserunt, et totum pactum fide data in manu comitis ratum fecerunt. Deo feodo autem Anseri de Vilers sex acras ex una parte abbacie et quatuor ex altera quietas, concedentibus dominis suis Lamberto Girardi filio et Radulfo Rastel cum uxore sua, Guidone quoque de Avesnis cum sua. Porro de feodo Engerranni et Willelmi de Gislemarivilla ad Campanesiam villam totam terram ab ang(u)lo Fanencort usque ad metas, iuxta campum Everardi in conspectu multorum affixas, ad campartum solum omni alia consuetudine remota. Hanc autem donationem matris ipsorum, quoniam ad eius doarium respiciebat, reliqui quoque fratres concesserunt. Engerrannus insuper et Willelmus se manu tenere et contra omnis defendere firmamento fidei sue sponderunt. Cum vero tempus affuerit quo campartum dari debebit, predictae ecclesie fratres Radulfum vel eius famulum, reliquos quoque prenomatos, in hunc modum in Campenesia villa n(on) nisi semel summonebunt et in eius presentia, si venerit, campartum dabunt. Quod si ibi inventus non fuerit, vel inventus venire distulerit, ipsi fratres per se facient quod in eius oculis securius et idcirco libentius facerent. Preterea ad Campanesiam villam, Oelardo de Restolvalle concedente, totam terram suam incultam et in terra a rusticanis marlata campartum solum et preterea ortum unum, hec omnia quietas et ab omni consuetudine libera preter firmam XII minarum frumenti de camparto melieri post semen et totidem avene ad mensuram de Fulcardimonte ; preter hoc ex dono patris sui et suo pro XV libris, carrucatum et dimidiam omnino quietas, concedentibus Radulfo Rastel et Guidone de Avesnis cum uxoribus suis qui pro hac et pro suprapositis concessionibus a monachis habuerunt premium bene valens ad minus XXXVI librarum. Quod si rustici vel ibi manentes vel inde discedentes terram suam incultam reliquerint, licet monachis eandem colere ad predictam firmam propriis laboribus aut etiam sumptibus. Si vero rustici terram suam monachis vendere voluerint, possunt quidem eam emere nichil inde tribuentes Oelardo ; rustici vero non licet nisi pro singulis acris XII Rothomagensium nummos ad minus donaverint. Ex dono vero Lamberti de Fanencort quatuor acras ad campartum solum sub cultura vestra ad nemus Noberti (sic) ad campartum solum. Ex dono vero Iohannis comitis totum nemus ad excolendum quod est inter Novam Landam et terram cultam extra forestam, et in eadem foresta curtem ad grangiam de Garini Prato atque mansionem. Ex dono quoque Ricardi filii comitis Gisleberti terram de Garini Prato et de Frainello liberam et quietam a molturis et curveis et omni consuetudine preter servicium vavassorum, a quo, si ipsi defecerint, a predictis fratribus nichil comes extorquere poterit preter firmam vel campartum a monachis vavassoribus debitum. Porro ex dono Oelardi de Cleis totam terram suam de Garimpre ad campartum solum pro VIII Belvacensium libris quas ecclesie debet reformare, si terram ei integram non poterit conservare. Ex dono vero nostro duas partes decime de Garimpre quas Oelardus in manus nostras refutavit, ecclesie vestre in perpetuum habendas concedimus. Conventionem quoque illam que inter vos et ecclesiam de Fesquis super decimatione de Garimpre et Fraisneelo in presentia nostra facta est, consensu Guillelmi sacerdotis ipsius ecclesie, confirmamus, videlicet, ut pro decimatione illa dimidium modium frumenti et dimidium avene ad mensuram ville singulis annis predictae ecclesie sacerdoti reddatis. Ex dono vero Guillelmi de Fraisneello unam carrucatum terre, concedentibus Osb(erto) de Roureio et Gauf(rido) de Sauceio, omnino liberam preter firmam VIII minarum frumenti melioris post semen, VIII quoque ordeis et totidem avene ad mensuram de Luceio, reliquum quoque feodum ad campartum solum. Si vero prefatus Willelmus a servitio prenominatorum O(sberti) et G(aufridi) resilierit, ipsi nichil aliud a monachis nisi predictam firmam vel campartum exigent. Porro ex dono Radulfi de Fesquis, annuente Oelardo de Cleis, totum feodum suum de Garimpre ad campartum solum. Item ex dono Roberti de Fraisneello et uxoris sue, annuente Oelardo de Cleis, totum feodum suum de Garimpre, et in feodo de Fraisneello XV acras, annuente Guillelmo fratre suo, ad campartum solum. Ex dono quoque Albrici de Fesquis V acras ad campartum solum, annuente Oelardo de Cleis. Amplius autem ex dono Albree filie Adelelmi totum feodum suum de Garimpre ad firmam X minarum frumenti, totidemque avene ad mensuram de Luceio. Cum vero tempus adfuerit quo campartum dari debebit, predictae ecclesie fratres Oelardum vel eius famulum, reliquos quoque prenomatos, ad eundem modum in villa de Fesquis semel summonebunt et in eius presentia, si venerit, ut campartum dabunt. Quod si ibi inventus [non] fuerit, vel inventus venire distulerit, ipsi fratres per se facient, quod in eius oculis securius ideoque libentius facerent. Si vero prenomati vavassores in servitio dominorum suorum minus quam debent facerint, ipsi domini a monachis nichil exigent preter firmam vel campartum vavassoribus debitum. Amplius autem ex dono Roberti de Alneto et Hugonis de Bosco, quod etiam fide firmaverunt, XX acras terre ad Fraitiz grangie vestre viciniores ad campartum solum. Ad Menot Essart autem quicquid a vobis marlatum est ex parte Romescans quietum inperpetuum, annuente Engerranno de Morvilers cum uxore sua Eremborga ; quicquid ibi a vobis cultum est atque marlatum quod et fide confirmaverunt. Ad Semermainsnil vero duas acras terre quietas ex dono Gisleberti divitis, annuente Hugone Quernello, concedente Gaufrido de Balleio propter duos solidos Rothomagensium. Decimam quoque terre de feodo Willelmi de Sauchosa Mara apud Fraitiz in curia nostra

testimonio abbatum, videlicet de Belbec et de Briostel iudicio adquisitam. Quietantiam quoque de moltura de terra Donemaisnil dono Hugonis de Sancto Germano.